

Quadrantes minores. ex ære.

In una parte.

60. Romæ effigies galeata cernitur, ad læuam deflexo oculo. absq̃ ullo literarum monumento.

In altera.

Taurus præpinguis ad dextram uiam incedit. Suprà legitur. C. INMANVS. infra. INDV. Nummum hunc æneum mediocrem memini me uidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

61. Mercurius uidetur petasatus, læuo obtutu. absque ullis literis.

In altera.

Rostrum nauis, in sinistram conuersum partem est impressum. Cuius in carina incudis est species. Suprà. ROMA. Nummum eum æneum mediocrem me uidisse Romæ recordor apud D. Ant. Aug.^{num.}

In una parte.

62. Roma uidetur galeata, læuo obtutu, sine nominis commendatione ulla.

In altera.

Rostrum nauis ad læuam conuersum partem. Suprà. ROMA. Aeneum hunc nummum mediocrem uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

63. Hercules effigriatur imberbis, læuo ore, leoninâ ferens pellem capite. ad cuius ceruicem adparent hæc notæ. 000.

In altera.

C. ij.